



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Adversvs Omnia Catabaptistarvm Prava Dogmata  
Heinrychi Bullingeri lib. IIII**

**Bullinger, Heinrich**

**Tigvri, 1535**

**VD16 B 9759**

Quid sit in carne & secundum carnem uiuere

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35433**

bis omnibus immersi, quod ex eorum uita palam fit.  
Sed rectius & sanctius breui summa Paulus totum  
hoc negotium colligit: Itaq; idem ego mente quidem  
seruio legi dei, carne uero legi peccati. Latius hæc &  
clarius persequitur in octauo cap. Roma. et Gal. 5.

Ostendit autem breuissimis uerbis eos in carne ui-  
uere, qui deum non metuunt, cœlestia non curant, sed <sup>Quid sit se-  
cūdum car-  
nem uiuere.</sup>  
terreni sunt toti. Hic uero in spiritu uel secundum spi-  
ritum ambulat, qui tametsi carnalis est, hoc est, mor-  
bum & infirmitatem habet & sentit, adfectibus titil-  
latur, tamen carni & peccato habens non laxat, sed  
continue repugnat, et cauet ne unquam cadat. Quod  
si contingit cadere, mox pedem retrahit et resipiscen-  
tiam meditatur. SIMON. Illi uero perhibent  
hominem posse sine peccato esse. IOIADA.

Sumus absq; peccato, quemadmodum canes sine pu-  
licibus in mense Augusto. Proh pudor quod hæc cogi-  
tant, aut quod sibi hoc arrogant, taceo quod euange-  
lij ueritatem bac assertione infamant, imò gratiam et  
misericordiam dei omnino tollunt. Nam ubi non est  
peccatum, ibi non est gratia: ubi non est præuaricatio  
& transgressio, ibi non est remissio. Apud illos non  
est transgressio, ergo gratia dei non est apud illos. An  
hoc non est gratiam dei euacuare? Quid dicam, quod  
in nouam hæresim insani homines cadūt? Pelagi nem  
pe blasphemii hominis, qui gratiam dei negabat, ho-

minis vires magnificiebat. Is uixit ante annos M. C.

SIMON. Sed scripturis hæc probant. IO-

IADA. Veritas scripture hoc non habet: deinde  
exēplo caret, nisi Luciferi exemplū adferas, qui Deo  
uolebat esse similis, quemadmodum illi sine peccato  
esse uolunt, quum nemo purus sit & absq; peccato  
quam unus deus. SIMON. An non Ioannes di-  
cit: Qui ex deo natus est, non peccat? IOIADA.

Ad mortem non peccat. SIMON. Sic tu  
quidem exponis. IOIADA. Expende quæ præ-  
cedunt, & intelliges me uera dicere. SIMON.

Quod nam peccatum hoc est? Aut non est homo  
sine peccato, quando ad mortem non peccat? IO-

IADA. Christus dicit ad Iudeos: Si non credideris  
tis, moriemini in peccatis uestris. Infidelitas ergo pec-  
catum est ad mortem. Si uero fidelis sine hoc peccato,  
id est, sine incredulitate fuerit, non tamen sine morbo  
est, à quo subinde caueat necesse erit, ne usquam in  
peccatum demergatur, aut sorde peccatorum capia-  
tur & commaculetur. Et ob id in Ioanne sequitur: Sci-  
mus quod omnis qui natus est deo non peccat, sed qui  
genitus est ex deo, seruat seipsum, & malus ille non  
tangit eum. Sic ergo pius non peccat, hoc est, etiam si  
ex infirmitate carnis cadit, tamen Satan ille malignus  
eum capere non potest. Custodia enim & studium il-  
lud quod pius habet ut non cadat (fides scilicet) facit,  
ut pec-

Ioan. 8.  
Quid sit pec-  
catum ad  
mortem.

Quomodo  
fidelis non  
peccet.